



- 1 Baumgarthen s: sigim: Iac: / meditatio-
ner guardam de genuina et spuria
edificatione spirituali Medijps illius
legitimis et illegitimis, Halle 1747.
- 2 Brunings s: Christ: diff: de Christo
triumphante, Heidelberg 1747.
- 3 Cloppen s: diei, sigim: diff: de opere
dei mirabilioro Gratijs et Glorioso
in sanctis rediuvir demonstratu,
- 4 Clauswitz s: Bened: Gottli: diff: de
spiritu sancto arrahabone, Halle, 1747.

9
ACADEMIAE FRIDERICIANAE
PRORECTOR
**THEOD. CHRISTOPH.
VRSINVS**

MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR HVIVS.
QUE PROFESSOR PUBLIVS ORDINARIUS

NEC NON EIVSDEM
**DIRECTOR
CANCELLARIUS**

ET RELIQVVS
SENATVS ACADEMICVS

ANNVA SACRA
NATALIVM
DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI


AD D. XXV. DEC. CCCCCXXXVII.
INDICVNT

COMMENTATIONE

DE

CHRISTOLOGIA IVDAICA
AD GENESEOS CAPITIS PRIMI COMMA III. ET III.
IN NOVO TESTAMENTO EVOLVTA.

HALAE
IN TYPOGRAPHIA HENDELIANA.



Primi Geneseos capitinis comma tertium
his constat verbis: *Dixit Deus, existat
lux; & extitit lux.* Hic ad Messiae
anum respici, *Abrahani ESRAIDIS*
opinio est: *tandem (dixit Deus:) exi-
stat lux.* Id de temporibus Messiae
(diētūm est.) R. BECHAI idem ad-
firms, allato sententiæ argumento:
dixit Deus: existat lux. Nutu in-
dicat tempora Messiae; de quo in sacra scriptura hoc com-
memoratur: „age, reluce; aduentat enim tua lux, tibi-
„que Iehouæ gloria exoritur.

BAAL HATTURIM rem eadem, cabbalæ tamen
inuolutam tricis, memorat: primo comminate Geneseos se-
ries

*Ezraidis apud b. D. Ioannem Henricum MICHAELIS in libro:
Unterricht von den Accentibus, edit. 1730. p. 64.*

ובסוף יהי אור על ימאות המשיח: *R. Bechai apud eundem p. 61.*

In sacra scriptura, EC. LI. 1.

ויזמר אלהות יהי אור לרמו על ימות
המשיח. שהזכיר בו הכתוב, קומי אורי כי בא אורך
ונכבר יי עלייך זורה:

Baal Hatturim apud eundem p. 62.

xies est (expressa littera) aleph, intuitu sex millium annorum, quibus mundus durabit. Ita etiam sexies reperitur aleph in illo commate: ego Iehoua primus, & cum vltmis ego idem. In (commate) terra erat vasta & inanis: bis est aleph, intuitu bis mille annorum vastitatis. In (commate) me Iehoua principium sui instituti habuit iam olim ante sua opera: est bis aleph, respectu bis mille annorum legis. In (commate) dixit Deus, existat lux; & extitit lux: (quater posita littera ista, significantur) quatuor annorum millia temporum legis & temporum Messiae; quæ sunt lucis tempora.

Comma quartum narrationis Mosaicæ hæc habet: *Lucem vidit Deus esse bonam; & secrevit Deus lucem a tenebris.* Horum verborum in BERESCHIT RABBA ampla extat ad Messiam translatio; ac modi, quo lux illius generi humano beatitudinem adferat, quædam enarratio: nonne hoc est, quod scriptum habetur: lux seritur iusto? dixit R. Aba: habitat apud eum lux; hæc regis, A 2 Messiae

Ego idem, Iesa. XXXXI. 4.

Ante sua opera, Proverb. VIII. 22.

בראשית ו' אלףין יש בפסוק, בראשית, Lucis tempora. כנגד ששת אלףין שנה שהחולות הוהו. וכן בפסוק אני יי' ראשון ואת אחוריים אני חוא', שנה אלףין; ובפסוק והארץ היתה תהו ובוכה ב' אלףין כנגד ב' אלףין הוהו; ובפסוק יי' קכני ראשית דרכו קרכן מפעליו מאז' יש שני אלףין כנגד ב' אלףיה הורה; ובפסוק וומר אלהים יהו אור ויהו אור ד' אלף ימי חורה וימי המשיח. שם ימי אורה:

Bereschith rabba, apud Raymundum MARTINI in Pugione fidei p. 416. Conf. SCHOETTGENII horæ hebraicæ & talmudicæ, tom. II. p. 127. §. XCV.

Seritur iusto, Psal. XCVII. II.

Apud eum lux, Dan. II. 22.

Messiae, lux est. (Alius scriptor sacer) ait: te penes est
vitæ fons; in lumine tuo lumen videmus. *Istud est Messiae lumen.* Docet: *sanctum, summeque laudandum Deum* vidisse Messiam eiusque genus, ac sub glorioso solio suo
illum afferuasse. Dixit Satan coram Deo: mundi Domine,
cuiusnam est reconditum istud sub glorioso solio tuo lu-
men? Respondit ei: *Messia & eius generis.* Dixit (ille:)
mundi Domine, sine me Messiae atque generi eius aduer-
sari. Respondit Deus: nihil aduersus illum valeres. Di-
xit (Satan:) mundi Domine, (id) mihi permitte; ego valebo.
Respondit ei *sanc tus summeque laudandus Deus:*
si tibi hoc tam firmiter propositum est; ego Satanam ex
mundo exterminabo, at ne vnam quidem generis illius ani-
mam. Statim Deus cum Messia pacisci cœpit, dixitque
ei: *Messia, iustitia mea, istorum, qui apud te reconditi sunt,* peccata te sub grauissimum iugum sunt missura: oculi tui non videbunt lucem, aures autem tuæ magnum popu-
lorum mundi opprobrium audient, narres tuæ odorabun-
tur fætorem; os tuum gustabit amara, in palato inhære-
scet lingua; ossi se cutis circumPLICabit; mærore ac gemi-
tu attenuabitur corpus tuum. *Eftne (etiamnum) volun-*
tas tua in illos (propensa?) Quod si tu (ista) suscipis (per-
ferenda,) bene est; sin minus, en ego confestim eos (abs-
te) pellam. Respondit ei (Messias:) mundi Domine, in
hoc gaudeo, ac in me afflictiones istas suscipio; verum ea
conditione: ut etate mea mortuos resuscites; ac illos, qui
a primo Adamo in hunc usque diem defuncti sunt: nec his
tantum salutem adferas; sed illis etiam, quos devorarunt
lupi, ac leones; illis quoque, qui in aquis (maris) & flu-
minibus submersi sunt, meo tempore adferas salutem. Ne-
que istis solum salutem adferas: sed fætibus quoque abor-
tiuis: nec abortiuis tantum fætibus; sed iis etiam, quos
tibi in mentem venit creare, qui autem non creati fuerunt.

Dixit

Lumen videmus, Psal. XXXVI. 10.

Dixit ei sanctus summeque laudandus Deus: etiam. Extemplo Messias omnes afflictiones, amore ductus, suscepit; sicut dictum est: „exacta ab illo est solutio; et ipse se fuit affligi.

A 3

In

Exacta ab illo Iesa. LIII. 7.

זה"ר אוֹר זָרוּת לְזִדְיקָהּ: אֶרְאָבָא וְנַהֲרָא
עַמִּיחָה שְׁרֵי וְהָאוּרָה שְׁלֵמָלָךְ הַמְשִׁיחָה: וּכְן הַרָּא אָוּרָה
סֵי עַמְקָה מָקוֹר חִוִּית בָּאוֹרָךְ נְרָא אָוֹרָה זְהָא שְׁלֵמָלָךְ
מְשִׁיחָה: מְלָמֵד שְׁצָפָה חַקְבָּרָה בְּמִשְׁיחָה וּבְרוֹרָה וְגַנוֹן
תְּהִרְחָם כְּסָא כְּבוֹדוֹ: אָמָר שְׁטָן לְפָנֵי הַקָּבָ"ה רְשָׁלָעַ
אוֹר וְהַשְׁחֹוא גַּנוֹן תְּהִרְחָם כְּסָא כְּבוֹדָךְ לְמַיְהָא.
אָמָר לוֹ לְמִשְׁיחָה וּלְרוֹדוֹרָה: אָמָר לְפָנֵינוּ רְשָׁלָעַ הַנְּחָחָ לְ
וְאַסְטָן לְמִשְׁיחָה וְעַל דּוֹרוֹרָה אֶל חַקְבָּרָה אֵי אַתָּה
יָכַיל לוֹ: אֶל נְגֻנוֹן רְשָׁלָעַ הַנְּחָחָ לְיַיְלָה וְאֵינוּ יָכַיל. אֶל חַקְבָּרָה
אֵם אַתָּה מַחְכִּין לְכָךְ אֲנֵי מַאֲכֵד אָוּתוֹ
שְׁטָן מִן הָעוֹלָם וְנִשְׁפָרֵחַ אַחֲרָה מִאָתוֹ הַדָּרוֹ אַיִן
מַאֲכֵד: מִיר הַחַחֵיל הַקָּבָ"ה מַתְנִי עַם מִשְׁיחָה אֶל
מִשְׁיחָה צְדָקָה הַלְלוּ שְׁגָנוֹזִים אַצְלָק עַתְדִּים שְׁוֹנוֹתִים
לְהַכְּנִיסָךְ בְּעוֹלָם קְשָׁהָ עַינְךָ לֹאָיָה יְרָא אָוֹר
וְאַזְנִיךָ יִשְׁמְעוּ חֹרֶף גְּדוֹלָה מִאָתוֹת הָעוֹלָם אַפְנָה
יְרִיחָה סְרָחוֹן פְּנֵי יְמֻעוֹת מְרוֹרִים וְיַרְבָּק לְשָׁוֹקָן
לְחַקְבָּרָה וַיַּצְפֵּר עַירָּךְ עַל עַצְמָךְ וַיַּחַשֵּׁש גַּשְׁמָךְ בֵּין
וְאַחֲרָה. רַצְוֹק בָּהָם. אֵי אַתָּה מַקְבִּיל שְׁלִיחָה טִיבָךְ
וְאֵם לְאֹוֹ הרַנִּי טְוֹרָזָן מַעֲשָׂיו: אָמָר לְפָנֵינוּ
רְשָׁעַ בְּכָךְ אֲנֵי שְׁמָח וּמַקְבִּיל עַל יְסוֹדֵין הַלְלָיָה עַל
מִנְתָּה כִּי שְׁתַחְווּ מְתִימָה בְּיכִי וּמְתִימָה שְׁמוֹ מַארְם
הַרְאָזִין וְעַד עַכְשִׁיו וְלֹא אָוֹהָם בְּלִבְרַד הוֹשִׁיעָה אֶלָּא
אֲפִילוּ אָוֹהָם שְׁבָלָעוּ הַזָּאָבִים וְאַרְיוֹתָם וְאָוֹהָם
שְׁטוּבָיו בְּמִים וּבְנְהֹרוֹת בְּיכִי הנְשִׁיעָה וְלֹא אָוֹהָם
בְּלִבְרַד הוֹשִׁיעָה אֶלָּא אֲפִילוּ הַגְּנְפָלִים וְלֹא הַגְּנְפָלִים
בְּלִבְרַד אֶלָּא אֲפִילוּ אָוֹתָן שְׁעוֹלָה עַל רַעַךְ לְהַבְּרָאות
וְלֹא נְבָרָא בְּיוּמֵי הוֹשִׁיעָה: אֶל חַקְבָּרָה הַזָּהָר: מִיד
קְבָּל מִשְׁיחָה כָּל יְסוֹוִן מַאֲהָבָה: שְׁנִי נְגֻש וְהַיָּזָן:
גַּעֲנָה:

IN MEDRASCH TILLIM ad eadem Mosis de bonitate lucis verba prouocatur; dum haec Psalmi nonagesimi sententia: *exhilara nos pro diebus, quibus nos adfixisti*: illustrandis Messiae temporibus adhibentur: *Adfixisti nos per Babyloniam, per Græciam, per Idumæam; & Messiae diebus.* Quot sunt Messiae dies? R. Iosua dixit: duo millia annorum sunt; sicut dictum est: pro diebus, quibus nos adfixisti; id est, pro diobus diebus. Dies enim sancti summeque laudandi Dei mille annos continet. Nam dictum est: apud te mille anni habentur pro hesterno die præterito. Magistri dixerunt: *Sæculum futurum Messiae diebus constat, &c.* Deus in posterum sibi unum diem faciet; quod dicitur: erit dies unus, qui Domino notus est; neque dies erit, neque nox: ac vespertino tempore erit lux. *Iste dies est futurum sæculum, habetque mortuorum in vitam reuocationem.* Et istud est lumen, quod sanctus summeque laudandus Deus ab initio mundi, iustis recondidit; de quo dicitur: vidit, lucem esse bonam. Et (alius vir diuinus) ait: lux seritur iusto. (Alio loco) dixit: te penes est vitæ fons; & in lumine tuo lumen videmus. Porro dicit (vates:) fiet a mense in mensem usque suum, (seu qui illum excipit) & a sabato in sabbatum usque suum (seu, quod illud proxime sequitur, id est, assidue.) Hoc est sæculum futurum, quod totum

Medrasch Tillim apud Raymundum MARTINI p. 794 §. 30.
Quibus non adfixisti v. 15.

Per Idumæam id est, per Romanos.

Die præterito? Psal. XC. 4.

Vespertino tempore. Zach. XIV. 7.

Lucem esse bonam. Gen. I. 4.

Seritur iusto. Psal. XCVII. 11.

Lumen videmus. Psal. XXXVI. 10.

Sabbatum usque suum. Iesa. LXVI. 23.

totum erit sabbatum. Huc quoque ex parte aliqua pertinet, quod in *Sobare de Messia spiritu*, se motitante super aquis, lucemque efficiente, commemoratur.

In noui Testamenti libris multus de Messia eique ad diutorum luce sermo est. Ipsé lucis nomen habet; eodemque nomine æuum, quod ab illius aduentu principium habet, insinuitur; & ad hoc veteris Testamenti de lucidis Messiae temporibus vaticinia referuntur: sub luninis figura suam manifestauit maiestatem. Status, in quem transferuntur Christi discipuli, lux appellatur; ipsi-

שצערתנו בבל בון באדם
Totum erit sabbatum. וביורת המשיח: וכמו ימות המשיח. רבבי יהושע אומר אליפס שנאמר כי מותך ענחתנו שנוי ימים ווומו של הקדוש ברוך הוא אלף שנה שנאמר כי אלף שנים בעיניך ביום אהמול: רבנן אמר כי והעלם הבא ימות המשיח ונומר: כך הקדוש ברוך הוא עתיד לעשותתו לו יום אחר שנאמר ויהי יום אחד הוא ירוע ליהו לא יום ולא לילך וזה לעת ערבי יהיה אור זה העולם הבא ותחירות המהים וזה האור שנינו הקדוש ברוך הוא לצדוקים מבראäßigך שנאמר והוא אליהם את האור כי טוב ואומר אור זרוע לצדוק ואומר כי עטך מקור חיים באורך נראה אור ואומר והייתה מריה חדש בחרוש ומדי שכרת בשכתי וזה העולם הבא סכלו שכת:

In Sobare, apud Gleßenerum, in Diatriba de R. Simeone, filio, Iochai, autore libri, Sohar. 15.

Lucis nomen habet, Luc. II. 32. Ioh. I. 4. 5. 9. III. 19. IX. 12. IX. 5. XII. 35. 36. 46.

Eodemque nomine æuum, Ioh. I. 7. 8. XII. 35. Act. XXVI. 23. 1. Ioh. I. 8.

Vaticinia referuntur, Matth. IV. 16. Act. XIII. 47.

Manifestauit maiestatem, Matth. XVII. Act. IX. 3. XXII. 6. 9. II. XXVI. 13.

ipsique luce prædicti, & aliis inseruentia lumina dicuntur. Luci, quam attulit Christus, vitam simul inesse, atque hanc cum illa hominibus impertiri, iidem libri diuini testantur. Præterea meliorem ecclesiæ conditionem, suo tempore futuram, & ipsam in ccelis beatitatem, a Domino nostro, Iesu Christo, parta bona, luminis vocabulo signata deprehendimus. Et notatu maxime dignum putamus, quod Paulus etiam lucis naturalis creationem cum luce Christi contulerit: *Deus, inquit, qui lucem ex tenebris lucere iussit, is est, qui nostris illuxit animis ad claritatem cognitionis glorie Dei in Iesu Christi persona.* Hæc haec tenus de Iudæorum ad Genesios capititis primi comma tertium quartumque commentatione Messiana.

Nunc exhortationem scribere, tempori huic accommodatam, antiquus mos postulat. De Messia luce facta est commemoratione; hanc in usum nostrum transferemus. Commendat istam considerationem & chori angelici, natum Christum concelebrantis, fulgentissimus splendor, & Simeonis de infante isto iudicium. Ex illis autem novi testamenti locis, qui relatæ ad Iesum Christum lucis mentionem habent, eos hortationi subdemus, qui insti-tuendæ in luce ambulationi inseruant.

Ipsius Christi audiamus verba: *Ego sum lux mundi. Qui me sequitur, non in tenebris gradietur, sed vita lumen habet.*

Lumina dicuntur. Matth. V. 14. 16. Luc. XVI. 8. Ioh. I. 9.
Act. XXVI. 18. Ephes. III. 9. V. 8. Col. I. 12. 1. Thess. V. 5.

Hebr. X. 32. 1. Petr. II. 9. 2. Petr. I. 19. Philip. II. 2.

Libri diuini testantur. Ioh. I. 4. II. 12. 2. Tim. I. 10.

Signata deprehendimus. Apoc. XXI. II. 23. 24. XXII. 5.

Christi persona. 2. Cor. IV. 6.

Fulgentissimus splendor. Luc. II. 9.

De infante isto iudicium, ibid. v. 32.

Vita lumen habebit, Ioh. II. 12.

habebit. Ambulate, dum lucem habetis. Iohannes, Apostolus, in prima sua epistola dicit: *Est autem hoc nuncium, quod & ab illo audiuiimus, & vobis nunciamus: Deum esse lucem, nec vilas in eo esse tenebras.* Si nobis cum Deo esse communionem dicimus, & tamen in tenebris ambulamus; mentimur, nec verum facimus. Si in luce versamur, ut ipse in luce est: nobis est inter nos communitas; nosque sanguis Iesu Christi, eius filii, expurgat ab omni peccato. Paulus idem inculcat, Ephesios admonens: eratis aliquando tenebricosi, nunc lucidi estis in Domino: ut lucis homines ambulate. Tam momentosæ sunt hæ sententiæ, ut quemque, qui non plane aduersus diuina obstinato animo est, illis vehementer oporteat commoueri.

Commendatae autem istius in luce ambulationis duo adesse debent fundamenta, antequam ipsa recte peragi possit. Primum est luminis ex verbo diuino in mentem admissio, quo Christus maxime cognoscitur; concepta in Christum fide, genuina cognitioni indeoles conciliatur. Ego, ipse ait, *lux in mundum veni; vt, quisquis fide mihi adhaerescat, non maneat in tenebris.* Alterum fundamentum est animi totius emendatio; lumine illo non ignorantiam solum, sed vitiositatis quoque profligante seruitutem. Iam ipsa in luce ambulatio omnis reliquæ vitæ lumini illi, eoque factæ correctioni, conformem aëtum continet.

Commune omnium christianorum officium poscere, vt in luce ista gradiantur, vel inde manifestum est, quod nemo vere christianus sit, nisi lucis illius factus fuerit par-

B ticeps,

Dum lucem habetis, cap. XII. 35.

Prima sua epistola, cap. I. 5. 6. 7.

Ephesios admonens, Ephes. V. 8.

Christus maxime cognoscitur, 2. Cor. IV.

Non manet in tenebris, Ioh. XII. 46.

Aëtum continet. Matth. V. 14. 16.

ticeps, eamque retineat; quod istius perceptio comitem habeat animi sanctitatem; haec autem euanescat, ubi sicut omnés ad eam conformandi actiones non adsit studium. Deinde supra commemorata Christi & apostolorum dicta hoc præcipiunt; ac tam necessarium esse declarant, ut sine eo nulla peccatorum venia, nulla cum Deo communio locum habeat. Addimus quædam Christi verba: *vos estis lux mundi.* Luceat vestra lux apud homines; ut vestra recte facta videntes collaudent vestrum Patrem, qui est in cælis. Nec exemplum vita christianorum æui apostolici reticendum putamus. Philippenses ita laudat Paulus: *inter quos (alienos a Christo homines) micatis, tanquam in mundo luminaria.*

Nequaquam igitur dubitamus, eruditis hominibus illam conuenire in lumine diuino ambulationem; cum non solum in numero velint censeri christianorum, sed horum ipsos etiam oporteat esse duces. Saltem exemplum ab illis capit; adeoque, ut hoc se habebit, ab illis aliorum vel juuabitur religiosa ambulatio, vel impeditetur.

At si oculos longe lateque circumferamus, tales vi-
suri in vita agenda viatores; in aliis locis nulli, in aliis ad-
modum pauci comparebunt. Non dicemus de populo;
studiis liberalibus in orbe christiano operantes, horum
que istum potissimum ordinem contemplabimur, quem
academiæ fouent. Vtinam falsum esset, quod dudum
viri cordati questi sunt, ac etiamnum querantur, tot eo-
rum quoque, qui gregi non minus exemplo, quam do-
ctrina prodeesse debebant, diuini luminis haud deprehen-
di participes! At non friuolam esse querimoniam, indi-
cio est, quod signa passim non apparent veræ in CHRI-
STVM

Eftis lux mundi. Matth. V. 14.

Qui est in cælis, v. 16.

In mundo luminaria. Philipp. II. 15. coll. Col. I. 12.

STVM fidei; sine qua sacræ litteræ lucem, de qua sermo est, non existere adseuerant. Certa res est, ad illos quoque hanc apostoli pertinere lamentationem: *quod si teclum est nostrum euangelium, teclum est pereuntibus: quorum videlicet fide vacuorum mentes cœcauit huius sæculi Deus, ne collusret eos claritas glorioſi Christi euangelii.* Tenebrarum sunt amatores; tantum abest, vt luce Christi imbui velint. Peruersi sensus cauſam aperit DOMINVS: *hæc est autem dannatio, quod, quum venerit in mundum lux, tenebras magis, quam lucem amuerint homines; quippe quorum prava forent opera.* Et odium lucis prave viuendo concipiunt; quod iterum ille declarat: *quisquis vitiosa facit, lucem odit; nec in lucem prodit, ne eius facta arguantur.* Nihilominus de lucis diuinæ possessione identidem se iactant; in quo Ioannes eorum reprehendit vanitatem: *qui se in lumine esse dicit, & tamen fratrem suum odit; is adhuc in tenebris est.* Regnare autem in eruditioñis sedibus odia, horumque comites, inuidiam, obtrelationem, calumniam, insidias, tam est notum atque apud omnes peruulgatum, vt specimina proferre rei tristissimæ necesse non habeamus. Idcirco quum non habeant lucem, qui gradiantur in illa? potius in prauis cupiditatibus degunt, gloriae mancipia, suis inhiantes lucellis. Attamen, tanquam lucis dispensatores, se venditant aliis; non minori nitentes impudentia, quam olim profanus litterator iudaicus, ab apostolo in hunc modum compellatus: *tibi persuades, te cœcorum esse ducent, lumen eorum, qui sunt*

B 2

in

Christi euangelii, 2. Cor. IV. 3. 4.

Forent opera. Ioh. III. 19.

Facta arguantur, v. 20.

In tenebris est, Ioh. II. 9.

in tenebris, imprudentum præceptorem, imperitorum magistrum, qui veram legis cognitionem præ te feras.

Talium auspicio duabusque discentium iuuenium quam esse oporteat conditionem, facile coniectura adsequi potest, qui eam non coram intuetur; non solum exemplo, sed dictis etiam eis nocet. Hoc vero summe dolendum est, superesse in melioribus quoque scholis, qui, luce Christi repudiata, tenebris delectantur. Coniiciamus oculos in honestiores. Horum plurimis, ut grauis autoris verbo vtar, maior dicendi, & bene sciteque disputandi, quam recte agendi cura est. Oratio, meditatio, tentatio, dicuntur facere theologum; & rete dici, communis confessio est. At vno, quod medium est, arrepto, reliqua praesidia rursus negligere, vel certe oscitanter usurpare deprehenditur ab aliquot Iustis flos iuuentutis sacer, ecclesiæ commodis, his quoque præsertim, quæ superioris sæculi parte extrema, & priori huius, tam læte effloruerant, seruandis prouehendisque destinatus. Si istæ corruptelæ in tam sacro cœtu reperiuntur, quid de reliquo fatendum erit? In publico vix vestigium religiosæ illius in Domini luce ambulationis appetat. Status academici deprauatio notior est, quam vt ei enarrandæ diutius immorandum esse quis arbitretur.

Ab academicorum doctorum vniuersitate in commune conferenda essent consilia; sed communilitatis defunct vincula. Interea cum alia, quæ reliqua est, occasione, quamvis tenui, tum hoc more, quo ter quotannis publicæ vulgandæ sunt cohortationes, ad mutuam animorum exsuscitationem vti haud grauemur. Quotquot

Præ te feras. Rom. II. 19. 20.

Defuncti vincula. Confer, sis, Commentationem de Professoris theologiae officiis, sub exemplo antecessorum, p. 55.

quot igitur in orbe christiano academicis muneribus ad-
moti sumus, eo intendamus cogitationem, curam, stu-
diumque, ut secundum lucem diuinam & ipsi ducamus
vitam, & Ioannis, baptistæ, exemplo, nos hominibus,
tanquam ardente lucentemque lucernam, præbeamus.
Si sint, qui ipsam Christi lucem in se non deprehen-
dant, ne viam ab initio ingredi dubitent. Si ab illa lon-
gius se remotos esse sentiant, & in hæsitationibus deten-
tos: nec hoc se a tam salutari luce quærenda abstrahi pa-
tiantur; tum reliquum illius obtinendæ tramitem ineun-
tes, tum iis Seruatoris verbis ostensam eius partem,
tam directam, quam asperam inexercitatis: *mea doctri-
na mea non est, sed eius, qui me misit: si quis volet eius
VOLVNTATI PARERE; cognoscet de doctrina, utrum
ea sit a Deo, an ego mea sponte loquar.* Quodsi, quo-
quot habent orbis christiani academiæ, iuuentutis stu-
diosæ duces omnes, vel in dies saltem crebriores plures,
abiecto, quod vitiosum est, missam in primis facientes
vanitatem, hominibus, suisque ante omnes discipulis,
sincere, quisque pro sua facultate stationeque, lucendo
inseruire mallen; quanta hinc quamque optabilis in tot
alumnorum millibus fecitura esset vitæ, studiorumque
mutatio, quamque sedula deinde, & efficax horum in
reuoando a miseria ad felicitatem genere humano foret
opera! Tum sane academiæ iuuentutem, certe maiori ex
parte, quam inpræsenti, habituræ essent eruditionis so-
lidæ studiosam, castam, sobriam, uno verbo christia-
nam: numerosius daturæ reipublicæ viros bonos, publi-
cæ priuatorumque saluti recte prospicientes; fidos prin-
cipibus ministros, sapientesque; ecclesiæ doctores, &

B 3

sanc̄tos,

Lucernam præbeamus. Ioh. V. 35.

Ingredi dubitent. Matth. XIIIX. 3.

Sponte loquar. Ioh. VII. 16. 17.

sanc̄tos, & a profutura eruditione iuste instructos. Cogitemus, quam cito pr̄tereat lucis vitalis usura; ideoque, om̄issa mora, n̄isi id iam fiat, capiamus propositum ambulandi in luce diuina, donec illa nobis duret. Opinione citius aliis relinquenda erit statio, & bonos æternumque mansuræ utilitatis fructus efficiendi, percipiendi & generi humano impertiendi opportunitas: circa hanc vero negligentibus, securis, nec Christi lumen in animum admittentibus, nec secundum hoc viuere laborantibus, in quantas, quales, quamque diuturnas abundum erit tenebras? Sapiens non minus, quam religiosus scriptor, qui seculo XV. claruit, ita se monebat: *Age iam, vbi nunc sunt omnes illi magistri, primariique viri, tibi olim, dum viuerent, studiisque florerent, noti? quorum nunc stipendiis alii fruuntur, qui fortasse de illis ne quidem cogitant. Illi quidem, dum viuerent, aliquid esse videbantur; nunc de eis siletur: tam cito perit humana gloria. Qui si vitam, scientiae suæ consentaneam egissent; feliciter litteris operam dedissent. Quam multi vana scientia pereunt in hoc seculo, quia Dei cultum parum curant: quoniamque magni, quam demissi esse malunt; sit, ut vanis cogitationibus utantur.* Iam cauendi spatium est, ne simili exemplo, uno illo, quod summe necessarium est, in vita mortali neglecto, sequenti ætati seruire cogamur.

Vos, dilecti iuvenes, qui etiamnum ab illo vitæ genere abestis, quod in luce diuina agitur, perpendite: nullam vobis cum Deo esse communionem, sed in caco-dæmonis vinculis vos teneri constrictos: fieri posse, vt celerius, quam putetis, in æternas incidatis tenebras; quotus-

Esse communionem, I. Ioh. I. 5. 6.

Cacodæmonis vinculis, Act. XXVI. 18.

Incidatis tenebras Ioh. XII. 35.

quotusquisque enim vestrum ad senectutem viuendo
pertinet? Considerate etiam, quid boni in vos redun-
daturum esset, si lucis cœlestis obsequium in vobis effi-
ci pateremini: condonarentur peccata: a cacodæmonis
potestate liberati in intimam Dei reciperemini amicitiam;
eandem cum eis consequeremini sortem, qui, fide Chri-
sto habenda, illumque studiose imitando, sancti facti fue-
runt; certam futuræ vobis summæ beatitatis spem ade-
pturi essetis. In tempora nostra intuemini; in his haud
leuia ad vitam omnem secundum lumen diuinum for-
mandam invitamenta reperietis. Non ignota hæc sunt;
& hoc ad ea pertinet, quod latius, quam olim, excita-
tiusque impertitur luminis illius disciplina; fidis Domini
præconibus passim docentibus, magnoque nos cir-
cumseidente scriptorum nimbo, regni lucidi perennes
opes commendantium & patefacientium aditum. Irrum-
punt in hoc multi de populo, academicæ experte sapi-
entia; torpentibus interim, conuersisque ad alia omnia
plurimis academicis; ac inter hos illis quoque, qui se
populi ad cœleste regnum duces fore profitentur. Ac
ideo metuendum est, ne, indies magis patescente va-
no isto sensu, horum amplius euilescat destinatio, ministre-
riumque; Domino tamen sibi nequicquam alia vulgandi,
propagandique luminis, salutisque suæ paraturo instru-
menta. *Imo vero, ait beatus FRANCKIVS, an vobis*
persuaderis, Deum aeternum, Dominum, Creatorem ex-
tremitatum terræ, qui non defatiscitur, neque defatiga-
tur, & cuius prudentia nulla est peruestigatio, illum, in-
quam, vobis velut adstrictum esse, neque, vobis etiam
præ-

Facti fuerunt; A&t. XXVI. 18.

Adepturi essetis. Ephes. I. 18.

Patefacientium aditum. Rom. XIII. 12.

Est peruestigatio, Iesa. XXXX. 28.

præteritis, innuenire posse, per quos, quæ velit, efficiat?
Viam itaque, tam clare in diuino codice monstratam,
sine diuturniori euagatione ingredimini, qua ad veræ sa-
pientiæ lumen peruenitur; in illa manete, ac progredi-
mini. Si igitur, relictis nugis, friuolisque reiectis de-
liciis, per hos festos dies seria de hac re fuscipietur co-
gitatio, rectum capietur propositum, & id exsequendi
initium ponetur; id solidi gaudii factum fontem inex-
haustum suo tempore cognoscetis. Rogamus DEVVM
clementissimum, vt, quæ monita snnt, secundet: cæ-
terum certi, fatisque habentes, quod sincere aperteque,
pro tempore officioque, monendo sanctissimæ eius &
in veræ æternæque humani generis felicitatis fontes
tam intentæ voluntati egerimus conuenienter. P. P.
in Academia Fridericiana, pridie Natalis Domi-
nici cccc xxxvii.

Velit, efficiat? Idea studiosi theol. lat. p. 6.




ad 14.

01 A 6501



86

P2



9

ACADEMIAE FRIDERICIANAE
 PRORECTOR
**THEOD. CHRISTOPH.
 VRSINVS**
 MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE DOCTOR HVIVS.
 QVE PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS
 NEC NON EIVSDEM
**DIRECTOR
 CANCELLARIUS**
 ET RELIQVVS
 SENATVS ACADEMICVS
 ANNVA SACRA
NATALIVM
 DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI
 AD D. XXV. DEC. CCCLXXXVII.
 INDICVNT
 COMMENTATIONE
 DE
CHRISTOLOGIA IVDAICA
 AD GENESEOS CAPITIS PRIMI COMMA III. ET III.
 IN NOVO TESTAMENTO EVOLVTA.

HALAE
 IN TYPOGRAPHIA HENDELIANA.

